

AD

EXAMINIS PUBLICI
SOLLEMNIA

IN

GYMNASIO REGIO VARMIENSI
BRUNSBERGAE

DIEBUS XIII. ET XIV. M. AUGUSTI A. MDCCCXXXVIII

CELEBRANDA

EA QUA DECET OBSERVANTIA

INVITAT

DR. GIDEON GERLACH,

DIRECTOR ET PROFESSOR.

BRUNSBERGAE,

TYPIS MUTTRAYANIS.

MDCCCXXXVIII.


Stadtbibliothek
Thorn
AB 1471

De usu vocis *ΟΠΙΣΩ* apud Homerum.

Inter primas notiones, quas mens humana concipit, quaeque in omnibus quae cogitamus et quae eloquimur semper recurrunt, notiones spatii atque temporis locum vel maxime insignem obtinent. Quarum prior quum magis ad corpora pertineat (nulla enim corpora cogitari possunt, nisi quae spatium quoddam expleant), iisque inhaereat, facilius in animo humano oritur, priusque ad conscientiae lumen protrahitur quam temporis notio, quae magis sejuncta est a sensibus corporis, quaeque mentis demum actu ex rebus iis, quas factas esse videmus, elicitur.

Inde fit ut, quum particulae, quae spatium sive locum indicant, in omnibus linguis simul etiam tempori designando inserviant, facile deprehendamus spatii notionem in his vocabulis esse priorem; sive, ut apertius rem dicam, ea causa est, cur vocabula quae spatii sunt ad tempus transferri, nunquam vero contra fieri videmus.

Praepositio ante, *πρὸ*, quoties locale vocabulum est, modo subjectivam quam vocant, modo objectivam habet significationem. Primitus enim eas res ante nos positas esse dicimus, quae faciei nostrae oppositae sunt: deinde ex duabus rebus illam ante alteram positam dicimus, quae nobis propior est, et ad quam ipsi ingredientes minore tempore pervenire possumus. — Inde fit ut ea quoque, quae tempore praecedunt, anteriora, *πρότερα*, vocemus, ducta similitudine a locis quae permeamus, & in quibus ad proximas quasque res brevissimo tempore devenimus. — Ubi semel is usus invaluit, ea quoque, quae nos ipsos tempore praecesserunt, ante nos facta esse dici coepta sunt. In quo loquendi genere ab similitudine illa ingredientis hominis recessimus: quam si vellemus retinere, eas res quae jam evenerunt, quasque velut ambulando jam permensi sumus, non ante nos sed a tergo, sed retro positas dicere deberemus.

Similis ratio est praepositionis post. Localis vis ejus vocabuli modo eas res complectitur quae nobis, qui loquimur, a tergo sunt: modo ex iis rebus quas conspicimus illas, quae magis a nobis remotae sunt, post propiores positas esse dicimus. —

Ex ea duplici vocabuli significatione, tam subjectiva, quam objectiva, factum est ut adverbia quae huic praepositioni affinia sunt, quoties ad temporis notionem transferuntur, duplicem significatum habere possent: unde nonnihil ambigui interdum oriri videtur.

Si enim subjectivam eorum vocabulorum notionem sequimur, dicere possumus nos ea, quae jam praeterierunt, retro, sive post nos posita conspicere. — Et sane is usus in latina lingua praevaluit. Sic enim Plinius minor pecuniam quae pro tempore praeterlapso debetur retro deberi dicit (Ep. 10., 116.), idemque negat vim ullius legis retro esse custodiendam (10, 120), i. e. ad res jam actas esse transferendam. Eodem modo Horatius, Carm. 3, 29, 46. dicit: non tamen irritum Quodcunque retro est efficiet pater: quorum verborum sensus is est, res semel actas ne a Jove quidem postea immutari posse.*) Tertullianus adeo, pro suorum temporum barbarie retrorsiores res pro antiquioribus dicit. Et multa alia sunt vocabula latina quorum usus eadem metaphora nititur, velut quum dicunt: altius rem repetere, ubi de antiquioribus rei alicujus causis investigandis loquuntur, — respicere spatium praeteriti temporis (Cic. pro Arch. in.), & similia.

Aliter Graeci. Particula *αὖ*, & *αὖθις*, quamquam prorsus eandem vim habet quam latina vox retro, nihilominus, quum ad tempus transfertur, futuri vim habet, velut Il. 1, 140. *ταῦτα μεταφρασόμεσθα καὶ αὖτις*, de his rebus postea consultabimus, & sexcentis aliis locis, etiam apud pedestris orationis scriptores, e. g. apud Plutarchum, qui plus uno loco *οἱ αὖθις στρατηγοὶ*, insequentes imperatores, dicit. Qui quidem usus loquendi ex ea ratione, quam supra de objectiva eorum vocabulorum significatione exposui, explicandus est.

Ut tandem ad particulam *ὀπίσω* transeamus, ea quoque duplicem significationem habet, loci et temporis, quarum prior quum nihil habeat, quod explicatione indigeat, de posteriore pauca disseramus.

---

*) Integer Horatii locus hic est: „Ille potens sui laetusque deget, cui licet in diem dixisse: „vixi. Cras vel atra nube polum pater occupato, vel sole puro: non tamen irritum quod„cunque retro est efficiet, neque diffinget infectumque reddet, quod fugiens semel hora „vexit.“ In iis quae supra exposui communem omnium interpretum sententiam secutus sum, ne in nimiae audaciae crimen incurrerem. Neque tamen video quomodo poeta, si vera ea est expositio, tautologiae crimine liberari possit, quae eo molestior esse videtur, quo grandior atque pressior reliqui carminis oratio est. Vellem me aliis exemplis prolatis posse docere, retro est etiam de futuro tempore dici, ut restat, reliquum est, ut *αὖθις*, *ὀπίσω*. Commodior certe sententia exitura esset in hunc modum: Sapiens neque futura extimescit, neque praeterita vano desiderio prosequitur, sed necessitatis fatique legibus se subjicit, quibus etiam dii parent: nam Jupiter nihilo magis ea, quae fato nobis eventura sunt, potest avertere, quam facta infecta reddere potest.

Quum igitur ad tempus transfertur haec vox, dubium non est quin eodem modo quo *αὖθις* futurum significet. Neque sane id mirum videri potest: quum enim *ὀπίσω* locali significatione particulae *πρὸ* opponatur, (ut *ὀπίσω ἰέναι* contrarium est τοῦ *προϊέναι*), necesse est etiam temporales earum particularum significationes sibi opponi: unde fit ut, quum *πρὸ* ad antecedens tempus spectet, *ὀπίσω* futuri temporis vox sit. Sic Homerus Il. 22, 19. *τίσιν ἔδδεισας ὀπίσσω*, ultionem futuram veritus es: Il. 6, 450 *οὔ μοι Τρώων μέλει ἄλγος ὀπίσσω*, non doleo de futuro exitio Trojae: Il. 3, 411 *Τρωαὶ δέ μ' ὀπίσσω πᾶσαι μωμήσονται.* Minerva, quae hospitis specie ad Telemachum devertit, Od. 1, 220 adolescentem de amisso domus splendore querentem his verbis solatur: *Οὐ μέν τοι γενεήν γε θεοὶ νώνυμνον ὀπίσσω Θῆκαν, ἐπεὶ σέ γε τοῖον ἐγείνατο Πηνελόπεια*: neque tamen stirpem vestram, quae nunc afflicta jacet, ignobilem in posterum esse voluerunt Superi, quibus placuit talem sobolem ex ea nasci. Pindarus Pyth. 1, 179 *ὀπιθόμβροτον αὔχημα* gloriam, quae homini superstes est, vocat. Denique diserte *ὀπίσω* opponitur *τῷ νῦν* Il. 6, 352 et *τῷ φθάνειν* 9, 503.

Ambiguus locus esse videtur Il. 15, 497. Ibi Hector Trojanos hortatur ut strenue hostium castra navesque adoriantur: decoram esse mortem pro patria: si quis fortiter pugnans occumbat, ejus uxorem et liberos incolumes *ὀπίσω* esse. Villoisoni scholiastes vocem ad futurum trahit, ad generis perpetuitatem, neque omnino repugno: sed possit etiam ea Hectoris esse sententia, ut militibus procurrentibus atque ab urbe secedentibus suadeat, ipsorum virtute pignora, quae post se in urbe reliquerint, salva fore. Haud scio an ita interpres germanicus locum intellexerit, quippe cujus verba haec sint: lässt er die Gattin zurück.

Sed quamvis *ὀπίσω*, quoties vere temporis particula est, de futuris semper rebus intelligendum sit, sunt tamen aliae locutiones in quibus metaphorice tantummodo ad temporis notionem trahi potest, et in quibus viri docti perperam facere videntur, quum ibi quoque significationem futuri agnoscant.

Nonnunquam enim Homerus prudentiam humanam ita describit ut dicat, qui ea praeditus sit, eum *ὁρᾶν πρόσσω καὶ ὀπίσσω*, ut Il. 18, 250 ubi Polydamantem ea laude exornat. Eadem verba etiam in Odyssea leguntur 24, 451, et similiter Il. 3. 109, et 1, 343, nisi quod priore loco pro *ὁρᾶν* legitur *λεύσσειν*, posteriore *νοῆσαι*. — Neminem puto esse quin, quum primum in eos locos incidat, statim natura ipsa duce intelligat, verba illa sonare prorsus ac retro spectare, illudque in homine sapiente a poeta laudari, quod non praesentia tantum ut vulgus hominum consideret, sed et praeterita atque futura simul pensitet: quod proprium est munus sapientiae. Nam quod de Calchante vate Homerus praedicat, quum dicat, eum perspecta habuisse *τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα*, id omnino in quemlibet hominem sapientem cadit: quoniam vaticinatio apud Homerum vix aliud quidquam est quam communis prudentia ope deorum aucta atque supra communem modum provecta. Ipse quidem Polydamas vati-

bus adnumerari non potest: sed nihilominus solo humano acumine fretus Hectori deorum voluntatem interpretatus erat 12, 223.*)

Haec tum plana atque aperta sunt ut accuratiore disputatione vix indigeant: res ipsa, dummodo te nimis artificiosis opinionibus imbui non patiaris, unam hanc interpretandi viam admittere videtur. Sed si quid opus est argumentis, id omne in refutandas sententias contra dicentium conferemus: quoniam et antiqui et recentiores exstiterunt interpretes, qui hac simplici explicatione repudiata diversissimas rationes sequerentur.

Ut enim ab antiquioribus initium faciam, Eustathius ad locos, quos supra laudavi, docet, *τὰ πρόσω* esse *τὰ γενόμενα, τὰ παρεληλυθότα, τὰ ἔμπροσθεν*;**) *τὰ ὀπίσω* vero futura significare, *τὰ μέλλοντα, τὰ ὄπισθεν*. Dictionem *ἅμα πρόσω καὶ ὀπίσω ὁρᾶν* ductam esse a similitudine animalium, quibus longa et flexibilia colla a natura ideo tributa sint, ut in utramque partem circumspicere possint, vel ab Argo, qui circumcirca oculatus erat: quae ratio Eusthatio potior videtur, quia si diligentius vim vocabuli *ἅμα* exquiras, id in animalia illa non cadat: illa enim non *ἅμα* sed alternis vicibus prospicere et retro spectare. — Haec extrema recte, etsi similitudine illa lectores facile caruissent: illud vero quomodo in mentem venire potuit homini graeco, voce *πρόσω* res praeteritas, *τὰ ἔμπροσθεν* designari? Ea enim particula non modo apud Homerum, sed ne in ullo quidem scriptore graeco unquam temporis vocabulum est:***) si vero verba *πρόσω ὁρᾶν* per metaphoram quandam tempori definiendo inserviunt, nihil aliud significare possunt, quam ea, quae ventura sunt, animi cogitatione praecipere. Etenim, nisi molestum est eandem rem toties inculcare, natura nos docet futuros eventus cum eo itinere, quod progredientes, *πρόσω ἰόντες*, emensuri sumus, comparare. Eustathii vero ratio, dum nimis cupide originationis vestigiis insistit neglecto usu loquendi, tantundem a vero abhorret quantum is aberraturus foret qui, propterea quod *πρὸ* anteriora significet, etiam *προσκοπεῖν, προορᾶν* de rebus praeteritis intelligeret, vel *προφήτην* rerum actarum narratorem esse contenderet. Si vero *πρόσω* de praeteritis dici non potest, ne *ὀπίσω* quidem, quod ipso Eustathio concedente illi voci opponitur, in hisce dictionibus de rebus futuris dictum esse potest.

---

*) Similiter Od. 1, 200 Mentes loquitur: Jam tibi quae futura sint vaticinabor, licet neque vates sim neque auguriorum capiendorum peritus.

**) In scholio ad 3, 109 addit praeterea: *καὶ τὰ παρόντα καὶ οἷον ἐν ποσὶν*, sive res praesentes.

***) Nihilo magis quam *πρόσθε* et *προτέρω*. Sed ne *πρὸ* quidem, ubi praepositio est, apud Homerum temporis significationem habet: quum vero adverbii vice fungitur, & in vocibus compositis, nonnunquam tempus designat. Uno tantum loco Od. 15, 524 temporale volunt esse vocabulum: quamquam verba *Ζεύς σφι πρὸ γάμοιο τελευτήσει κακὸν ἦμαρ* rectius fortasse interpretere: Jupiter iis nuptiarum quas expetunt loco exitium parabit.

Non opus esse videtur plura afferre ad opinionem per se tam improbabilem refutandam: quamquam etiam Villoisoni scholia eam constantissime tuentur. Ex recentioribus interpretibus et lexicographis nemo eam amplexus esse videtur praeter Duncanium ejusque editorem Rostium. Duncanius enim censet, πρόσσω in dictionibus nostris valere: in praesens, quod ante oculos est; ὀπίσω in futurum, quod a tergo est et nondum spectatur.*) Quid ais? futura nobis a tergo sunt? quare sint doce. Quia, inquit, ex poëtae mente quasi retro gradientes vitae spatium decurrimus: „because in life we go backward, as is were.“ Quae quidem verba tantopere omni sensu carent, ut mireris virum doctum ne tum quidem interpretationem suam vocabuli abjecisse, quum ad tam perversam sententiam ea duce se devenisse senserit.

Longe aliam Passovius profert explicationem, cujus prima fundamenta Hermannus ad Sophoclis Oed. Tyr. 491 jecisse videtur. Docet enim in ejusmodi dictis, quale est πρόσσω καὶ ὀπίσω ὁρᾶν vel νοεῖν, utramque vocem futuri temporis significationem habere, eo tamen discrimine servato, quod πρόσσω res quae instant, quae jamjam futura sunt, designet, ὀπίσω ea, quae longiore temporis spatio interposito eventura sunt, complectatur. Vehementer impugnat sententiam virorum doctorum, qui in illis locis Homericis res praeteritas et futuras sibi opponi existimaverunt: suam tamen opinionem nullis rationibus confirmat, nisi quod dicit, constare inter omnes, quoties ὀπίσω particula temporis fiat, eam semper ad futurum tempus esse referendam.

Constet sane: nemo repugnabit, atque ipse ejus usus exempla supra attuli. Sed in locis nostris ex Homero allatis non est temporis particula, sed loci, quamquam vis ejus per metaphoram quandam ad tempus traducitur. Id quod ex opposita voce πρόσσω, quae nunquam temporis est, atque ex tota denique dictionis natura apparet. Quid enim? πρόσσω καὶ ὀπίσω ὁρᾶν, quum de corporis oculis dicitur, significabit in diversas partes, prorsus ac retro, spectare: si vero ad mentis aciem et ad res gerendas, ad tempus denique verba transferuntur, non significabunt diversa tempora, res praeteritas atque futuras, instar Jani bifrontis pariter animo intueri? Equidem, si non licet hanc tam apertam et perspicuam metaphoram sequi, vereor ut ullam translatam orationem via et ratione explicare possimus.

Sin autem quis interpretationis a Passovio propositae patrocinium ita suscipere vellet, ut diceret, id revera interesse inter stolidos homines atque sapientes, quod illi quae ante pedes sunt tantummodo cogitarent, hi vero etiam quae multo post accidere possent animo praeciperent: ferri quodammodo posse videretur ea sententia. Quamquam illa, quam supra exposui prudentiae definitio, quae declarabat inesse in ea et praeteri-

*) Hactenus quae dixit Duncanius ex Eustathii scholio ad Od. 1, 222 mutuatus est: reliqua de suo addidit.

tarum et futurarum rerum cognitionem, multo verior atque gravior esse videtur. Sed praeterea est quod contra dici possit.

In plerisque enim locis quos laudavi vox *ἅμα* addita est, ut Il. 1, 343: *οὐδέ τι οἶδε νοῆσαι ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω.* Illius autem particulae usus manifesto is est, ut res oppositas, quasque natura ipsa connectere et quasi consociare non solet, jungendas esse declaret. Velut nemo dixerit, gladii ictu manum simulque digitos abscisos esse: optime vero dicere possis, sagittam ita accidisse, ut manum pectusque simul transverberaret. Rectissime igitur vir sapiens simul, sive uno obtutu, res diversissimas, futura atque praeterita, complecti dicitur. Sin, ut Passovius vult, non diversa tempora sed unius temporis futuri partes sibi opponerentur, maximopere illud *ἅμα* frigeret. *Τὰ πρόσσω* enim omnia sunt, quae oculus ante se posita conspicit, neque tam angustis finibus ea vox continetur, ut ad propinquas solas res spectet: quo fit, ut non genere sed magnitudine tantum et quasi gradu ab voce *ὀπίσσω*, ut quidem Passovius hanc intellexit, distet. Mihi quidem sensus verborum Homericorum, si ita eum exponis, non minus incongruus atque inelegans esse videtur, quam si quis vellet germanice dicere: der kluge Mann sieht zugleich vorwärts und in die Ferne, sive latine: Vir sapiens uno eodemque tempore prospicit et res remotiores videt.

Nostrae vero sententiae non tantum I. H. Vossius, doctissimus Homerici sermonis existimator, favet, qui ubique sic vertit: vorwärts hinschauen und rückwärts, vel etiam apertius Il. 18, 250: der allein Zukunft und Vergangenes wahrnahm: sed etiam Heynius ad Il. 1, 343, qui scholiastarum interpretationem miram atque improbabilem esse dicit. Quorum virorum consensu alioqui tam saepe dissidentium me non minime moveri profiteor.

Praeterea locum quendam Plutarchi exscribam ex Quaestionibus romanis c. 62. Ibi enim scriptor postquam quaesivit, quare institutum esset, ut Pater patratus nemo fieret, nisi qui et patrem superstitem haberet et liberis auctus esset, hanc causam proponit: Cui sanctissima jura foederum et pacis commissa sint, eum debere secundum Homeri verba *ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω ὁρᾶν*: ad eam rem autem aptissimum esse illum virum, qui filium habeat cui consulat, et patrem quocum consulat. — Causa ipsa, quae veteri legi subjicitur, video quam sit futilis. Sed id nunc non agitur: hoc sufficiat monuisse, Plutarchum voces Homericas ita intellexisse, ut alteram ad parentum qui nos praecedunt, alteram ad liberorum qui consequuntur aetatem spectare existimaret. Ingenue quidem confiteor, ex Plutarchi verbis non satis liquere, utram particulam ad praeteritum tempus, utram ad futurum retulerit, atque adeo, si quis calumniari velit, ex ipso verborum ordine, posse quodammodo colligi, Plutarchum easdem vocabulis significationes tribuisse, quas Eustathius iis assignat. Verum utut ea res se habet, scholiastarum opinio mihi quidem tam instabili fundamento imposita esse videtur, ut ne Plutarchi quidem auctoritate multum illi firmitatis accedere possit: id vero apparet

ex hoc loco, veteres Graecos dictionem illam Homericam longe aliter atque Passovius fecit esse interpretatos.

Antequam finem disputationi imponam, restat ut loci Sophoclei mentionem faciam, qui est in Oedipode Tyranno v. 486 seg., ubi simili dictione poëta usus est. Chorus ibi, auditis criminibus, quae Tiresias in regem congerit, haec dicit: *῞Ο τι λέξω δ' ἀπορῶ, πέτομαι δ' ἐλπίσιν, οὔτ' ἐνθάδ' ὁρῶν, οὔτ' ὀπίσω.* Similis, inquam, dictio est: neque tamen prorsus eadem. *Τὰ ἐνθάδε* enim, i. e. praesentia, quum media sint inter praeterita atque futura, utrisque recte opponi possunt: quo fit ut antithesis non tam aperta evadat, quam inter voces de quibus a nobis scriptum est. Musgravius quidem *ὀπίσω* ad praeterita trahit, eaque verior fortasse ratio est: non tam quia res jampridem actae versibus sequentibus commemorantur, quum chorus neget se quidquam de inimicitia inter Laium atque Oedipodem exorta audivisse, quam quia consentaneum videtur, Sophoclem verba *ὀπίσω ὁρᾶν* non alio sensu usurpasse, quam quem omnes spectatores inde a pueris ex Homero suo noverant. Neque tamen in animo est quidquam pro certo affirmare: in medio locus, qui inter doctissimos poëtae tragici interpretes ambigitur, per me relinquatur.

C. Biester.

Schulnachrichten.

1837 — 1838.

I. Lehrverfassung.

Die Lehrverfassung ist im Allgemeinen dieselbe geblieben, wie sie in den Programmen der letzten Jahre mitgetheilt worden ist. Es wurde nothwendig, zwei Abtheilungen von Prima zu bilden, welche in den meisten Lehrgegenständen getrennt unterrichtet wurden. Dagegen konnten die beiden Abtheilungen von Tertia mehr verbunden werden, als es im vorigen Jahre der Fall war. Nach Ostern begann der Unterricht in der polnischen Sprache, welcher hauptsächlich mit Rücksicht auf das Bedürfniss des Bisthums Ermland eingeführt wurde. Es nahmen an demselben zunächst Schüler aus Sekunda und Tertia Antheil.

Ordinarien waren: in Prima A. Hr. Professor Biester, in Prima B. Hr. Oberlehrer Dr. Bumke, in Sekunda A. Hr. Oberlehrer Lingnau, in Sekunda B. Hr. Dr. Bumke, in Tertia Hr. Oberlehrer Dr. Lilienthal, in Quarta Hr. Gymnasiallehrer Dr. Saage, in Quinta Hr. Gymnasiallehrer Braun, in Sexta bis Ostern Hr. Wilhelm, nach Ostern Hr. Dr. Lilienthal.

Es wurden folgende Lehrabschnitte behandelt:

A. Sprachen.

1. Deutsch.

I. Abschnitte aus der Poetik, als Einleitung zu dem Lesen der Dichter; deutsche Litteraturgeschichte, 1. Theil. In möglichst genaue Verbindung mit dem praktischen Theile des deutschen Unterrichts wurde die philosophische Propaedeutik gesetzt, in welcher ausser den in gesprächlicher Lehrweise behandelten Vorübungen im Philosophiren das Wichtigste aus der empirischen Psychologie gelehrt wurde. 3 St. Der Direktor.

II. A. Deutsche Verskunst nach Gotthold's Hephästion. 3 St. Hr. Prof. Biester.

II. B. Die Formen der Prosa; die Lehre von den Figuren und Synonymen. 3 St. Hr. Oberlehrer Dr. Kruge.

III. Wiederholungen aus der Syntax; die allgemeinen Eigenschaften des Stils, die besonderen des Briefstils und des Geschäftstils. 3 St. Hr. Dr. Kruge.

IV. Erweiterte Lehre vom Satze und von der Interpunktion. 3 St. Hr. Dr. Saage.

V. Der zusammengesetzte Satz; Uebungen im Lesen und in der Orthographie. 5 St. Hr. G. L. Braun.

VI. Der einfache Satz; Entwickelung der Wortarten; Uebungen in der Orthographie und im Lesen. 5 St. Hr. Wilhelm, nach Ostern Hr. Dr. Kruge. Einen Theil der Stunden gab der Direktor.

In allen Klassen schriftliche Ausarbeitungen in stufenweiser Folge und Uebungen im mündlichen Vortrage.

2. Latein.

I. A. u. B. Horaz Episteln und Oden mit Auswahl. 2 St. Der Direktor.

I. A. Cicero Tusc. Disp. B. 1. 2. 3 St. Hr. Prof. Biester. Grammatik, Stil- und Sprechübungen. 3 St. Hr. O. L. Lingnau.

I. B. Cic. de offic. B. 1. 2. Stil- und Sprechübungen. 6 St. Hr. Dr. Bumke.

II. A. Virg. Aen. B. 9. 10. 11. Liv. B. 21. 22. Grammatik, Zumpt §. 493 — 610, eingeübt nach August's Anleitung u. freigewählten Exercitien. 8 St. Hr. O. L. Lingnau.

II. B. Virg. Aen. B. 1. 2 St. Hr. Prof. Biester. Cic. orat. pro Roscio Amer. pro Arch. u. pro Dejotaro; Grammatik, Zumpt §. 498 — 582 mit den entsprechenden Beispielen aus August; Kraft Anleitung, 1. K. Exercitien. 6 St. Hr. Dr. Bumke.

III. Ovid nach Nadermann's Ausgabe B. 1. 2. Julius Caesar, bell. gall. B. 1 — 4. 4 St. Hr. O. L. Lingnau. — Grammatik u. Uebungen im Uebersetzen aus dem Deutschen in's Lateinische in 2 Abth. jede 3 St. Hr. O. L. Lingnau und Hr. G. L. Braun.

IV. Cornel. Nepos, 8 Biographieen; Abschnitte aus Jacobs u. Döring lat. Elementarbuche; Wiederholung des etymologischen Theils der Grammatik, Syntaxis casuum, Uebungen aus Dronke's Beispielsammlung u. in freigewählten Exercitien. 7 St. Hr. Dr. Saage.

V. Jacobs u. Döring latein. Elementarbuch, ganz durchübersetzt, dann Aurel. Victor de viris illust.; etymologischer Theil der Grammatik nach Zumpt's Auszug; August's Vorübungen, ganz übersetzt. 8 St. Hr. G. L. Braun.

VI. Formenlehre; Jacobs u. Döring Elementarbuch, Abschnitt 1. u. 2. Memoriren von Vocabeln; Anfänge des Uebersetzens aus dem Deutschen in's Lateinische nach

August's Vorübungen. 8 St. Hr. Wilhelm. Nach Ostern Hr. Studiosus Szotowski.

3. Griechisch.

I. A. u. B. Soph. Electra. 2 St. Der Direktor.

I. A. Homer. Ilias B. 5 — 7, n. O. Plato Gorgias bis c. 60 ed. Heind. Uebungen aus Blume's Anleitung zum Uebersetzen aus dem Lateinischen in's Griechische. 4 St. Hr. Prof. Biester.

I. B. Homer. Il. B. 1 — 4, n. O. Xenoph. Memorab. B. 1. u. 2. Uebungen im Uebersetzen aus dem Lateinischen in's Griechische, wozu Corn. Nep. benutzt wurde. 4 St. Hr. Dr. Bumke.

II. A. Hom. Odyss. B. 17 — 19. 2 St. Hr. Prof. Biester. — Xenoph. Cyropädie B. 2, nach Weihnachten Herodot B. 8; Grammatik, Buttmann §. 118 — 137, eingeübt nach den entsprechenden Beispielen aus Halm's Anleitung. 4 St. Hr. O. L. Lingnau.

II. B. Hom. Odyss. B. 1 — 4. Xenoph. Cyropädie B. 1 u. 2, Grammatik, Wiederholung der Etymologie, die Lehre vom Artikel und Pronomen, eingeübt nach Halm's Anleitung. 6 St. Hr. G. L. Braun.

III. Xenoph. Anabasis B. 1. Grammatik bis zur Syntax, grammatische Uebungen. 4 St. Hr. Dr. Lilienthal.

IV. Formenlehre bis zu den Zeitwörtern auf μι; Jacobs Elementarbuch bis zu den zusammengezogenen Zeitwörtern. 4 St. Hr. Dr. Saage.

4. Hebräisch.

I. Grammatik nach Gesenius; übersetzt aus Josua 1 — 11. 24. 2 St. Hr. Prof. Biester.

II. Grammatik; übersetzt Genesis c. 42. 43. 2 St. Hr. Religionslehrer Dr. Eichhorn, n. O. Hr. Bornowski.

5. Französisch.

I. Montesquieu considérations sur la grandeur et la décadence des Romains; Extemporalien. 2 St. Hr. Prof. Biester.

II. Télémaque B. 1. u. 2. Grammatik nach Hirzel. 2 St. Hr. O. L. Lingnau.

III. Hecker's Lesebuch II. № 48 bis zu Ende, Grammatik bis zur Syntax. 2 St. Hr. Dr. Lilienthal.

6. Polnisch.

II. u. III. Anfänge der Grammatik u. des Uebersetzens aus Polsfuss Lesebuch. 2 St. Hr. Szotowski.

B. Wissenschaften.

1. Religion.

a. Für die katholischen Schüler.

I. Kirchengeschichte vom Anfange des 5. bis zum Ende des 15. Jahrhunderts; Erklärung des Briefes an die Römer c. 1 — 10, und des Evangeliums nach Johannes c. 1 — 8 aus der Grundsprache.

II. Die Lehre von der Gnade und den h. Sakramenten.

III. Ausführliche Darstellung der Glaubenslehre.

IV. Katechesen über die Sittenlehre und die h. Sakramente; biblische Geschichte nach Kabath; Geographie von Palästina.

V. Katechesen über die Glaubenslehre. Biblische Geschichte.

VI. Erklärung des apostolischen Glaubensbekenntnisses und Memoriren der dazu gehörigen Bibelstellen; biblische Geschichten.

Jede Klasse 2 St. w. Bis Ostern Hr. Religionslehrer Dr. Eichhorn, n. O. Herr Bornowski.

b. Für die evangelischen Schüler.

I. Kirchengeschichte bis zu Carl d. Gr. Erklärung des Briefes an die Colosser aus dem Grundtexte.

II. Glaubenslehre in steter Verbindung mit der Sittenlehre; ausgewählte Bibelstellen deutsch gelesen.

III. u. IV. Geographie von Palästina; Geschichte des jüdischen Volkes in biblischer Beziehung; Lebensgeschichte Jesu; Inhaltsangabe der biblischen Bücher und Lesung ausgesuchter Stellen; Memoriren von Sprüchen und Liedern; Wiederholung der 5 Hauptstücke.

V. u. VI. Katechetische Unterredungen über die 3 ersten Hauptstücke; Erzählen von biblischen Geschichten des A. u. N. T. in Bezug auf die Katechisationen; Lernen von Sprüchen und Liederversen aus Weiss Katechismus.

Jede Abtheilung 2 St. w. Hr. Pfarrer Bock.

2. Mathematik.

I. A. Höhere Gleichungen; unbestimmte Aufgaben; Kegelschnitte. Wiederholungen aus dem ganzen Gebiete der Mathematik. 3 St. Hr. Dr. Lilienthal.

I. B. Kombinationslehre; höhere Gleichungen; Berechnung der Körper; analytische Trigonometrie. 3 St. Hr. Dr. Kruge.

II. A. Rechnung mit imaginären Grössen; Anwendung der Progressionen und Loga-

rithmen auf die zusammengesetzte Interessen- und Renterechnung; Polygonal- und Pyramidal-Zahlen; Trigonometrie; Anfang der Stereometrie. 3 St. Hr. Dr. Kruge.

II. B. Aehnlichkeit und Messung der ebenen Figuren; arithmetische Progression; figurirte Zahlen; geometrische Progression; Zinszinsrechnung und Logarithmen. 3 St. Hr. Dr. Lilienthal.

III. Die Lehre vom Kreise; Potenzen und Wurzelgrössen; die Gleichungen des ersten und zweiten Grades; die Lehre von den Proportionen. Wiederholungen. 4 St. Hr. Dr. Lilienthal.

IV. Decimalbrüche; entgegengesetzte Grössen; Buchstabenrechnung; Potenzen; Planimetrie bis zur Lehre vom Kreise. 4 St. Hr. Dr. Kruge.

V. Wiederholung der Bruchrechnung; Proportionslehre; die Rechnungen des bürgerlichen Lebens. 4 St. Hr. Dr. Kruge.

VI. Die vier Species in benannten Zahlen; die Lehre von den Brüchen und die Proportionsrechnung. 3 St. Hr. Dr. Lilienthal.

3. Geschichte und Geographie.

I. Von den Kreuzzügen bis zum Zeitalter Ludwigs XIV. Geschichtliche und geographische Wiederholungen. 3 St. Der Direktor.

II. Macedonien, die Diadochen, Rom. 2 St. Der Direktor.

III. Vaterländische Geschichte. 2 St. Der Direktor. — Geographie nach Roon's Lehrbuch. 1 St. Hr. Dr. Bumke.

IV. Physische Geographie; die aussereuropäischen Erdtheile. Erzählungen aus der alten Geschichte. 3 St. Hr. Wilhelm, n. O. Hr. Studiosus Krüger.

V. Geschichtliche Erzählungen, mit dem Unterrichte im Deutschen verbunden. 1 St. Hr. G. L. Braun. Wiederholung der allgemeinen Erdbeschreibung; das westliche Europa. 2 St. Hr. Dr. Saage.

VI. Erdkunde mit Naturkunde verbunden. Allgemeine Beschreibung der Erde und Belehrung über einzelne Gegenstände auf derselben. 2 St. Hr. Dr. Saage.

4. Physik und Naturbeschreibung.

I. A. Die Lehre von der Luft; Optik. Wiederholungen. 1 St.

I. B. Optik; Statik. 1 St.

II. A. Grundlehren der Chemie; die Lehre von der Wärme; Elektricität, Magnetismus und Elektromagnetismus. 1 St.

II. B. Die allgemeinen Eigenschaften der Körper; Lehre von der Luft; Akustik. 1 St.

III. Amphibien; Fische. Botanik. 2 St.

IV. Säugethiere; Insekten. 2 St.

V. Vögel; Käfer. 2 St.
VI. s. Erdkunde.

Den Unterricht in der Physik ertheilte Hr. Dr. Lilienthal, in der Naturbeschreibung Hr. Dr. Saage.

C. Fertigkeiten.

1. Schreiben.

Die Schüler der drei untern Klassen wurden nach den Heinrigschen Vorschriften stufenweise geübt. IV. 2 St. V. 4 St. VI. 4 St. Hr. Zeichenlehrer Höpffner.

2. Zeichnen.

Drei Abtheilungen jede 2 St. Hr. Höpffner. Zum Zeichenlokale wurden seit Ostern zwei Zimmer im Gymnasial-Gebäude eingerichtet.

3. Gesang.

Vier Abtheilungen, 5 St. Hr. Seminar-Lehrer Wilhelm.

Für einen Theil der Schüler fanden Schwimmübungen an der hiesigen Militair-Schwimmanstalt in besonderen Stunden statt.

II. Höhere Verordnungen.

Der im ersten Stücke der Berliner medizinischen Zeitung vom Jahre 1836 erschienene, dann auch einzeln abgedruckte Aufsatz des Regierungs-Medicinal-Raths Dr. Lorinser in Oppeln: „Zum Schutz der Gesundheit in den Schulen“ hatte grosse Aufmerksamkeit erregt, und verschiedenartige Meinungen und Vorschläge über die Gymnasien hervorgerufen. Es erschien eine Menge von Schriften, in welchen der Gegenstand aus verschiedenen Standpunkten und mit sehr ungleichem Glücke behandelt wurde. Durch die weise Sorgfalt des Königlichen Hohen Ministeriums der geistlichen, Unterrichts- und Medizinal-Angelegenheiten wurden sämmtliche Königliche Provinzial-Schul-Kollegien zu einem Berichte über den erwähnten Aufsatz veranlasst, nachdem letztere die Gutachten der Gymnasien gefordert hatten. In Folge dieser Berichte hat das Hohe Ministerium unter dem 24. October 1837 eine inhaltsreiche Verfügung erlassen, aus welcher hier folgende Mittheilungen gemacht werden.

Aus den gutachtlichen Berichten sämmtlicher Königlichen Provinzial- Schul-Kollegien hat das Ministerium die erfreuliche Ueberzeugung gewonnen, dass in den diesseitigen Gymnasien der Gesundheits-Zustand der Jugend im Allgemeinen befriedigend und in der bisherigen Einrichtung dieser Lehranstalten kein hinreichender Grund zu beunruhigenden Anklagen vorhanden ist. Das Ministerium kann sich daher auch nicht veranlasst sehen, die bisherige Verfassung der Gymnasien im Wesentlichen abzuändern, zumal da die Sorge wegen Beschützung der Gesundheit in den Gymnasien fortwährend ein Gegenstand der Aufmerksamkeit gewesen ist und bleiben wird. Den Schülern in den Gymnasien sollen zwar die Beschwerden und Aufopferungen, welche die unvermeidliche Bedingung eines den Wissenschaften und dem Dienste des Staats und der Kirche gewidmeten Lebens sind, mittelst einer stätig und naturgemäss sich entwickelnden Bildung vergegenwärtigt, sie früh an den Ernst ihres Berufes gewöhnt und zum muthigen Vollbringen der mit demselben verbundenen Arbeiten gestählt werden, aber es sollen alle überspannte und dem jedesmaligen Standpunkte ihrer Kraft nicht gehörig angepasste Forderungen vermieden werden.

Wenn auch mit Grund anzunehmen ist, dass bei einer umsichtigen und gewissenhaften Ausführung der in Bezug auf die Gymnasien bereits erlassenen gesetzlichen Vorschriften die geistige und körperliche Gesundheit der Jugend nicht gefährdet, vielmehr durch den Ernst des Unterrichts und die Strenge der Zucht, wie sie in den Gymnasien herrschen, selbst gegen die verderblichen Einflüsse der oft verkehrten häuslichen Erziehung und der materiellen Richtungen der Zeit erfolgreich geschützt wird: so hat doch das Ministerium über mehrere den Unterricht und die Zucht betreffende Punkte, die noch einer nähern Bestimmung zu bedürfen schienen, das Erforderliche festgesetzt, und zwar:

1. Da den Gymnasien ihre Aufgabe oft dadurch erschwert wird, dass ihnen zur Aufnahme in die unterste Klasse Knaben zugeführt werden, welche nicht die erforderlichen Elementarkenntnisse, oder wegen ihres noch zu zarten Alters nicht das gehörige Maass von körperlicher und geistiger Energie besitzen, so soll von jetzt an die Aufnahme der Knaben in die unterste Gymnasialklasse nicht vor ihrem zehnten Lebensjahre erfolgen, und von ihnen gefordert werden:

a. Geläufigkeit nicht allein im mechanischen, sondern auch im logisch richtigen Lesen in deutscher und lateinischer Druckschrift; Kenntniss der Redetheile und des einfachen Satzes praktisch eingeübt; Fertigkeit im orthographischen Schreiben.

b. Einige Fertigkeit, etwas Diktirtes leserlich und reinlich nachzuschreiben.

c. Praktische Geläufigkeit in den vier Species mit unbenannten Zahlen und in den Elementen der Brüche.

d. Elementar-Kenntniss der Geographie, namentlich Europa's.

e. Bekanntschaft mit den Geschichten des alten Testaments und mit dem Leben Jesu.

f. Erste Elemente des Zeichnens, verbunden mit der geometrischen Formenlehre.

Eltern, welche für körperlich oder auch geistig untüchtige Söhne die Aufnahme nachsuchen, sind um so ernstlicher zu warnen, je häufiger noch immer junge Leute, welche für ein Handwerk oder Gewerbe zu schwach sind oder scheinen, sich ohne allen innern Beruf zu den wissenschaftlichen Studien drängen. Auch ist den Eltern zu empfehlen, ihre Söhne weder in einem zu vorgerückten Alter, noch ohne die nöthigen Subsistenzmittel den Gymnasialkursus beginnen zu lassen.

2. Die Lehrgegenstände in den Gymnasien bleiben unverändert, indem die Erfahrung von Jahrhunderten und das Urtheil der Sachverständigen dafür spricht, dass gerade diese Lehrgegenstände vorzüglich geeignet sind, um durch sie und an ihnen alle geistigen Kräfte zu wecken, zu entwickeln und zu stärken, und nicht bloss formelle, sondern auch materielle Vorbereitung und Befähigung zu dem Studium der Wissenschaften zu geben. Das wahre Verhältniss der Lehrgegenstände zu der den Gymnasien gestellten Aufgabe muss gehörig gewürdigt werden. Ueber die für jedes Lehrfach und für jede Klasse gezogenen Schranken ist nicht hinauszugehen, und kein Fach auf Kosten der übrigen zu betreiben.

3. Das Klassensystem und das Klassen-Ordinariat befördern die nöthige Einheit im Unterrichte und in der Methode. Die verwandten Lehrgegenstände sind nicht zu trennen, und die Theilung der Gegenstände in einer und derselben Klasse unter zu viele Lehrer ist, so weit es möglich ist, zu vermeiden. Der bisherige Unterschied zwischen Ober- und Unterlehrern wird aufgehoben.

4. Eine Verminderung der gesetzlichen und herkömmlichen Zahl von 32 wöchentlichen Lehrstunden wird nicht für begründet erachtet. Die ganze Gymnasial-Einrichtung ist eben so wenig auf schwache als auf vorzüglich begabte, vielmehr auf Schüler von gewöhnlichen körperlichen und geistigen Kräften berechnet. In Hinsicht des Lectionsplans der einzelnen Gymnasien ist eine freie Bewegung innerhalb der allgemeinen Vorschrift gestattet.

5. Die häuslichen Arbeiten bilden ein nothwendiges Glied in dem Organismus des Gymnasial-Unterrichts. Wenn dieselben von Seiten der Schule zweckmässig und geordnet aufgegeben werden, und wenn eine ernste häusliche Zucht die Schüler anhält, stets zur rechten Zeit zu arbeiten, und sie eben so sehr vor unnöthigem Privatunterrichte, als vor zerstreuender Gesellschaft und unzeitigen Vergnügungen bewahrt: so ist von den häuslichen Arbeiten kein Nachtheil für die kör-

perliche Entwickelung zu besorgen, und die Schüler werden überall zu ihrer Erholung wie zu ihrer freien Privatbeschäftigung hinreichende Musse übrig behalten.

6. Bei Feststellung des von den Gymnasien zu erreichenden Ziels sind sechs gesonderte, einander untergeordnete Klassen und einjährige Lehr-Kurse für die drei untern, zweijährige für die drei obern Klassen in Aussicht genommen. Versetzungen aus einer Klasse in die andere, wobei das jeder Klasse gesetzte Ziel im Auge gehalten werden muss, dürfen nicht nach einzelnen, sondern müssen nach allen Lehrgegenständen erfolgen.

7. Bei dem unter dem 4. Juni 1834 für die Prüfung der zu den Universitäten übergehenden Schüler erlassenen Reglement waltete die Absicht vor, das Ziel der Leistungen des Gymnasiums seinem Zwecke gemäss und genau festzustellen, jedem Lehrgegenstande die ihm im Organismus des Gymnasial-Unterrichts gebührende Geltung zu verschaffen, in einem enger gezogenen Kreise des positiv zu Lernenden eine gleichmässige und intensiv gründliche Durchbildung der Schüler herbeizuführen, und die einzelnen Anforderungen an die Abiturienten so zu ermässigen, dass jeder Schüler von hinreichenden Anlagen und von gehörigem Fleisse der letzten Prüfung mit Ruhe entgegensehen könnte. Es soll dadurch eine lebendige und regelmässige Theilnahme an den Unterrichtsgegenständen erweckt, der tumultuarischen Vorbereitung ein Ziel gesetzt, und durch die consequente Richtung der Schüler auf das Wesentliche und Dauernde dem unruhigen und leidenschaftlichen Streben der Eitelkeit und des Ehrgeizes ein Zügel angelegt werden. Die Forderungen des Reglements sind angemessen und nicht zu hoch gestellt, und üben eine wohlthätige Wirkung auf das Schulleben aus.

8. Von einer guten Methode des Unterrichts und der Erziehung ist der Erfolg der Gymnasial-Bildung abhängig. Eine solche ist um so aufmerksamer zu beobachten, da sich den Gymnasien Schwierigkeiten und Hindernisse in der Mannigfaltigkeit und dem Umfange der Lehrobjecte, in der Ueberfüllung der Klassen, in der oft verkehrten häuslichen Erziehung und in der materiellen Richtung der Zeit entgegenstellen.

9. Die Einführung geregelter körperlicher Uebungen wird den Gymnasien gestattet, bei welchen dieselbe nöthig und thunlich erscheint.

Von den durch das Königliche Hochverordnete Provinzial-Schul-Kollegium erlassenen Reskripten werden noch folgende erwähnt:

1. Vom 9. November 1837. Für diejenigen Schüler, welche sich dem Baufache widmen wollen, soll keine Dispensation vom Griechischen nachgesucht werden.

2. Vom 6. December 1837. Drei Monate vor dem Drucke des Programms soll das Thema der vorangehenden Abhandlung angezeigt werden.

3. Vom 1. März 1838. Bei der schriftlichen Prüfung der Abiturienten im Lateinischen soll denselben ein kurzes deutsch geschriebenes Pensum vorgelegt werden, um dasselbe erst deutsch niederzuschreiben, und sodann rasch und ohne Benutzung des Wörterbuchs in's Lateinische zu übertragen.

4. Vom 2. März 1838. Mittheilung eines Ministerial-Erlasses, vom 3. Februar d. J. nach welchem die im §. 22. des für die Prüfungen der Kandidaten des höheren Schulamts unter dem 20. April 1831 erlassenen Reglements erwähnte bedingte facultas docendi nur denjenigen Kandidaten ertheilt werden soll, welche wenigstens in Einem der Hauptlehr-Gegenstände die für den Unterricht in allen Klassen erforderlichen Kenntnisse besitzen. Um dem Zudrange unfähiger und nicht gehörig vorbereiteter Kandidaten frühzeitig entgegen zu arbeiten, sollen die Direktoren die Schüler der oberen Klassen, welche sich später dem höheren Schulamte zu widmen gedenken, wohl beobachten, und diejenigen unter ihnen, deren ganze Persönlichkeit wegen Mangels an den erforderlichen Anlagen des Geistes und Gemüthes, so wie an dem beharrlichen und fruchtbringenden Fleisse zum Lehrstande untauglich erscheint, von der Wahl eines Standes abbringen, in welchem für keinen, der ihn ohne wahrhaften innern Beruf ergreift, Gedeihen und Befriedigung zu hoffen ist.

Mitgetheilt wurden: Pinzger Eclogae poetarum latinorum, desselben Versmaasse des Horaz, Cic. Brutus ed. Stern, zur Ansicht, so wie eine Aufforderung zur Subskription auf Ruthe's Gift-Gewächse Deutschlands, und ein Verzeichniss von Mineralien, Gebirgsarten, u. Versteinerungen der Mineralien-Handlung A. Krantz & Comp. in Berlin.

III. Schulchronik.

1. Das laufende Schuljahr wurde am 21. September mit einem feierlichen Gottesdienste begonnen, nachdem die Tage vorher die neu angemeldeten Schüler von dem Direktor geprüft worden waren.

2. Am diesjährigen hohen Geburtsfeste Sr. Majestät des Königs fand ein feierlicher Gottesdienst statt; das Gymnasium nahm hierauf an der Feierlichkeit Theil, welche im Königlichen Lyceum Hosianum veranstaltet worden war, wo der

Direktor, als zeitiger Rektor des Lyceums, die Festrede „über die weltgeschichtliche Bedeutung der Regierung unseres Königs“ hielt.

3. Der Religionslehrer Hr. Dr. Eichhorn, welcher seit dem 1. Juli 1836 am hiesigen Gymnasium angestellt war, wurde als Professor der Theologie an das Königliche Lyceum Hosianum berufen, und verliess zu Ostern d. J. unsere Anstalt. Den Religionsunterricht ertheilte seitdem Herr Eduard Bornowski.

Die beiden Hülfslehrer-Stellen des Gymnasiums waren in diesem Schuljahre nicht besetzt. Die Stunden der einen waren unter vier Lehrer der Anstalt vertheilt, die der andern gab Hr. Wilhelm. Da dieser seit Ostern bei dem hiesigen Schullehrer-Seminare als Lehrer angestellt wurde, übernahm einen Theil der Stunden Hr. Dr. Kruge, die übrigen gaben die Studiosen Hr. Szotowski und Hr. Krüger. Hr. Dr. Lilienthal hat das Prädikat „Oberlehrer“ erhalten.

4. Am 8. und 9. Juni beehrte der Geheime Ober-Regierungsrath, Ritter Herr Dr. Kortüm aus Berlin das Gymnasium mit seinem Besuche, und wohnte dem Unterrichte aller Klassen bei.

IV. Statistische Uebersicht.

Am Ende des Schuljahres 1836 — 1837 betrug die Zahl der Schüler 318. Abgegangen sind 71, gestorben sind 3 Schüler am Nervenfieber, 1 an einem Brustübel; entfernt wurden 2; neu aufgenommen sind 53, so dass das Gymnasium gegenwärtig 293 Schüler zählt, und zwar in I. 52 (2 Abtheil.), in II. 69 (2 Abtheil.), in III. 44, in IV. 43, in V. 46, in VI. 39.

Am Anfange des Winter-Semesters betrug die Anzahl 314, am Anfange des Sommer-Semesters 303.

Am 31. Juli fand unter dem Vorsitze des Königlichen Geheimen Regierungs-Rathes, Ritters Herrn Dr. Jachmann die Prüfung von 2 Examinanden, welche nicht Schüler des Gymnasiums gewesen waren, statt. Beide traten vor Beendigung der Prüfung zurück. Von 27 Primanern, welche sich zur Maturitäts-Prüfung gemeldet hatten, traten vor derselben 5 zurück; von den am 1. 2. 4. und 5. Geprüften wurde folgenden 20 das Zeugniss der Reife zuerkannt:

Namen.	Geburtsort.	Aufenthalt in I.	Gewähltes Fakultäts-Studium.	Ort, wo sie studiren wollen.
Otto Berg	Braunsberg	2	Theologie	Königsberg
Julius Bethke	Paris b. Rastenburg	2	Kameral-Wiss.	Königsberg
Karl Borchert	Braunsberg	2	Medizin	Königsberg
Justus Bornowski	Frauenburg	2	Theologie	Braunsberg
Hermann Dippe	Königsberg	$3^1/_2$	Medizin	Königsberg
Ludwig Ernst	Braunsberg	2	Theologie	Braunsberg
Joseph Fox	Medien b. Heilsberg	2	Theologie	Braunsberg
Eugen Hausbrand	Braunsberg	2	Mathematik	Leipzig
Johann Hohendorff	Braunsberg	2	Theologie	Braunsberg
Eduard Kabath	Rössel	2	Theologie	Braunsberg
Eduard Krah	Paterswalde bei Wehlau	2	Jura	Königsberg
Ferdinand Kuckein	Bartenstein	2	Theologie	Königsberg
Johann Schlegel	Frankenau bei Seeburg.	2	Theologie	Braunsberg
Bernhard Schmidt	Kahlberg	2	Medizin	Königsberg
Bernhard v. Schön	Danzig	2	Kameral-Wiss.	Königsberg
Alfred Siegfried	Carben b. Heiligenbeil	2	Jura	Königsberg
Franz Stein	Angerburg	2	Theologie	Königsberg
Julius Winterfeld	Braunsberg	2	Philologie	Königsberg
Dominicus Wobbe	Braunsberg	2	Theologie	Braunsberg
Johann Zabermann	Wormditt	2	Theologie	Braunsberg

Die Bibliothek und die Sammlungen des Gymnasiums sind auch in diesem Jahre vermehrt worden. Jene verdankt der Huld des Königl. Hohen Ministeriums wieder mehrere Geschenke, welche uns zu dem wahrsten Danke verpflichten.

Herr Professor Dr. Feldt schenkte dem Gymnasium eine bildliche Darstellung der im Jahre 1823 in Schlesien beobachteten und berechneten Sternschnuppen; Herr Rathsherr Oestreich eine Sammlung von Mineralien. Beiden sprechen wir unsern ergebensten Dank hiermit öffentlich aus, welchen wir auch denjenigen Bewohnern unserer Stadt darbringen, die durch Freitische und andere Unterstützungen sich um arme Schüler verdient machen.

V. Ordnung der diesjährigen Prüfung.

Montag den 13. August. Vormittags 8—12.

Sexta.	1.	Latein. Hr. Szotowski.
	2.	Rechnen. Hr. Dr. Lilienthal.
Quinta.	3.	Latein und Deutsch. Hr. G. L. Braun.
	4.	Natur- u. Erdkunde. Hr. Dr. Saage.
Quarta.	5.	Latein u. Griechisch. Hr. Dr. Saage.
	6.	Mathematik. Hr. Dr. Kruge.
Tertia.	7.	Latein. Hr. O. L. Lingnau.
	8.	Mathematik. Hr Dr. Lilienthal.
	9.	Geschichte. Der Direktor.

Nachmittags von 2—5.

Sekunda.	10.	Latein. (Cic.) Hr. Dr. Bumke.
	11.	Griechisch. Hr. G. L. Braun.
	12.	Latein. (Virg.) Hr. O. L. Lingnau.
	13.	Physik. Hr. Dr. Lilienthal.

Prima. 14. Griechisch. (Xenoph.) Hr. Dr. Bumke.
15. Französisch. Hr. Prof. Biester.
16. Mathematik. Hr. Dr. Kruge.
17. Geschichte. Der Direktor.

Schlussfeierlichkeit.

Dienstag den 14. August Vormittags 9 Uhr.

1. Choral.
2. Klassifikation der Schüler und Entlassung der Abiturienten durch den Direktor.
3. Psalm von Homilius.
4. Abschiedsrede, gesprochen von dem Abiturienten Winterfeld.
5. Chor von Mozart.

Das neue Schuljahr beginnt mit dem 21. September. Zur Prüfung neu aufzunehmender Schüler ist der 19. und 20. September bestimmt.

Gerlach.